a Vt xvii ad xvi.

b Vt viiii ad viii.

c Vt viii ad vi. t xii ad viiii.

d Vt viiii ad vi. t xii ad viii.

e Vt xii ad vi.

In monochordi menſura in primiſ uideꝰ intuendū. qđ a dextera in ſiniſtrā metiendo ē deſcendendum. & quanto queq; intuualla ſonorū ſunt minora. tantō adinueſtigandū difficiliora. Semitoniū enī ſeſquiſextadecima pportione deb& inueniri. tonuſ ſeſquioctaua. dyatheſſeron ſeſquitertia. dyapente ſeſqualtera. diapaſon dupla. Seſqſextadecima (a) pportio ē ubi maior numeruſ uł ſonꝰ minorē hab& in ſe. & inſup eī ſextādecimā partē. Seſqoctaua (b) pp ē. ubi maior ſonꝰ minorē hab& in ſe. & inſup eī octauā. Seſquitertia (c) pp ē. ubi maior ſonꝰ minorē hab& in ſe. & inſup eī tertiā. Seſqualtera (d) pp ē. ubi maior ſonꝰ minorē hab& in ſe. & inſup eī alterā partē. Dupla (e) pp ē. ubi maior ſonꝰ minorē duplicit̄ uinc̄. Ergo totū (monoch) p dyapaſon dyapente t dyat̄ diſponat̄ que dū dupla t ſeſqtera t ſeſqtertia pport̄ inueniunt̄. elaborandoꝝ ſemitoniorū tonorūue difficultaſ deuitat̄. Horū aū queq; dū debent inſtitui neceſſe ē aliquā certitudiniſ metā ꝯſtitui. iuxta quā aut ſupiuſ abſcidat̄ aut inferiuſ adiciat̄. put reſ expetit ut uł ſonꝰ eleuatꝰ accuat̄ uł grauatꝰ obtundat̄. Igit̄ ſi totū eque biptit̄ chorda cū G in medio inuenit̄. Ergo

in t̄tio paſſu ſupiuſ habet dyapente cū a minori. in qr̄to inferiuſ dyat̄ cū D maiori. Ecce dyapaſon a minori d in maiuſ D. Itē a ſūmo uſq; in minuſ d p tria diuide. & in t̄tio (paſſu) ſupiuſ habet dyapen̄ cū duplici a. & in qr̄to inferiuſ dyat̄ cū mediocri A. Ecce dyapaſon ab a duplici in mediocre A. Q& inferiuſ dupla pport̄ geminaueriſ dyapaſ cū maximo A finiendū ꝯpbabiſ. Ecce dyapaſon ab A mediocri uſq; in A maximū. Itē a ſūmo uſq; in mediocre A in tria diuide. & in t̄tio paſſu ſupiuſ habet dyapente cū minori e. in quarto paſſu inferiuſ dyat̄ cū maiori E. Ecce dyapaſ a minori e in maiuſ E. Itē a ſūmo uſq; ad maiuſ e in tria diuide. & in t̄tio paſſu ſupiꝰ habeſ dyapen̄ cū quadrato ♮. in qr̄to inferiuſ dyat̄ cū maiori B. Ecce dyapaſ int̄ minꝰ ♮ & maiꝰ B. Itē ſi a ſūmo uſq; ad minꝰ c in quatuor diuidit̄. in qr̄to paſſu ſupiuſ dyat̄ cū minori f pcedit ſi in duo. in t̄tio paſſu inferiꝰ dyapen̄ cū maiori F emergit. Ecce dyapaſ ab f minori in maiꝰ F. Sineme non inuenturuſ a ſūmo uſq; ad minꝰ f in duo diuide. & in t̄tio paſſu inferiꝰ habet ſinemenon

Zürich ZB. Car. C. 30, fol. 276v

rantes ut terra fructificet · id est ut terrenum homines ad spiritalem ubertatem regenerent. Has ergo animas sanctas non hominum tantum · sed etiam omnium angelorum oportet accipi · ex eo quod dominus dicit reliquisse se nonaginta nouem oues in montibus · id est in sublimioribus locis · et descendisse propter unam.

Nam de bubus facilis expeditio est. quoniam ipsi homines non ob aliud boues dicti sunt nisi quod et euangelizando uerbum dei angelos imitarentur. Pecora autem campi congruentissime accipiuntur homines in carnis uoluptatibus gaudentes. ubi nihil arduum · nihil laboriosum ascendunt. Campus est enim lata uia quae ducit ad interitum.

Volucres caeli et pisces maris · qui perambulant semitas maris.

Uide nunc etiam uolucres caeli superbos de quibus dictum est. posuerunt in caelum os suum

studium in inania et perfluentia requirentium.

Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

Decenter post textum sermonis ad caput reditur · quo totus idem sermo referendus est.

EXPLICIT DE PSALMO VIII.

INCIPIT DE PSALMO VIIII. IN FINE, PRO OCCULTIS FILII PSALMUS.

De occultis filii quaeri potest · sed quia non addit cuius · ipsum unigenitum dei filium oportet intellegi. Nam et ipse dominus cum sine additamento ponit filium se ipsum unigenitum uult intellegi · sic illud · ubi ait. Si uos filius liberauerit · uere liberi eritis. Quae sint autem occulta filii · ex hebreo translata editio manifeste ostendit · quae dicit uictori super morte filii, quod circa in hoc psalmo obseruanda sunt occulta filii id est humilis eius aduentus. qui profuit gentibus, cum caecitate iudeorum · et poena quae nunc occulte agitur. nondum damnatione peccantium · sed aut exercitatione conuersorum aut admonitione

Zürich ZB. Car. C. 30, fol. 15r

Abb. 101a + b